

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Nuclei evangelici pars festivalis

Trautmann, Samuel

Wittebergae, 1664

Oraculum sacrum XVII.

[urn:nbn:de:bsz:31-160375](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160375)

Der alte Simeon umbfaßt mit seinen Ar-
men

Den Heyland/und leßt ihn darinnen wol
erwarmen.

Ich wil/ Herr Jesu/ dich mit Glau-
ben fassen auff/

Ach/ laß mich hier in Fried erfüllen
meinen Lauff.

E v. 29.

*In patriam tendo, mihi sic via Chrifte, comit;
Sic baculus verbum: sis ego tutus eo.*

ORACULUM SACRUM XVII.

1. Reg. XIX. 4.

*TEXTUS EBREUS, cum inter lineari
Pagnini.*

<i>cape</i>	<i>Domine</i>	<i>nunc</i>	<i>Multum</i>
קַח	יְהוָה	עַתָּה	רַב
<i>ego</i>	<i>bonus</i>	<i>non</i>	<i>quia meā animā</i>
אֲנִי	טוֹב	לֹא	כִּי
			<i>meis patribus pro</i>
			מַכְתָּה

Versio Vulgata.

Sufficit nunc Domine, tolle anima-
mam

mit *fin*nam meam, neq; enim melior sum,
 yam Patres mei.

B. LUTHERUS.

*Es ist genug. Sonum nun h*Erz
 meine Seele; Ich bin nicht besser denn
 meine Väter.

N O T A.

1. In Ebraeo est vocabulum כפ quod vul-
 ratu interpret recte exponit per sufficit. Vi-
 de loca parallela, Gen. XLV. 28. כפ sufficit
 quod Joseph vivat. Num. XVI. 3. 7. כפ כפ
 sufficiat vobis. Deut. III. 26. Multum tibi i. e.
 aris est tibi. כפ & multum fuerint dies an-
 norum ejus h. e. si tantus fuerit numerus die-
 um, qui כפ h. e. satis multus sit ac sufficere,
 abunde possit ad justam longevitatem consul-
 tuendam, avariq; votum explendum.

2. Dum propheta h. l. petit: Domine, tolle
 animam meam, eo ipso ostendit, animam esse
 quiddam à corpore separatum, nec integre
 cum corpore, contra Socinianorum lubricam de
 anime immortalitate sententiam, ut, cum privia
 contra Smalcium, existimantem, animam sine cor-
 pore operationes exercere non posse, quum sit
 pars tantum corporis, quod tamen non nisi de
 actione

K 5

actionibus, quæ totius suppositi sunt, locum
habet, nunquam verò de actionibus inorga-
nicis, qualis est intellectualis. Sed hunc er-
rorem paulò post pluribus perstringam.

3. Quamvis liceat optare mortem, quate-
nus vel verum bonum verè appetimus, h. e.
quatenus per mortem ad veram vitam Dei
contemplationem perfectam pervenire cupi-
mus cum Apostolo, quando DEO placuerit
Phil. I. 23. vel malum volumus effugere, in-
quantum hanc vitam, ut peccatorum officia-
nam odisse, incipimus cum eodem suspiran-
tes Rom. VII. 24. ô miser homo ego, quis me
liberabit ex corpore mortis hujus; tamen
non licet homini Christiano optare mortem
ex impatientia, & sub cruce ingemiscere, qua-
les gemitus impatientia etiam sanctis extor-
sit, uti videre est ex exemplo Jonæ, Jon. IV. 8. Ra-
phelis Gen. XXX. 1. Jeremias, Jerem. XX. 14. To-
bia cap. III. 5. & Elia h. l. contra carnis impa-
tientiam.

4. In Ebraeo extat verbum *אָפּה* quod &
tollere & ad se sumere significat. Diligen-
ter igitur considerandum, quibus Græcis voca-
bulis hoc verbum expressum sit. Hoc loco
exprimitur per verbum *λαμβάνω* ô Domine
ἀσπείδω tolle nunc animam meam. In histo-

ria Jonæ: Et nunc Domine λαβέτην ψυχήν
 tolle animam meam à me Jon. IV. 1. Stepha-
 nus utitur verbo δέχομαι: Domine Iesu δέξα-
 suscipe spiritum meum Act. VII. 59. Imo Chri-
 stus ipse hac phrasi delectatur inqviens: Ven-
 niam ad vos καὶ παραλήψεται ὑμᾶς & adlu-
 mam vos ad meipsum, ut ubi ego sum,
 & vos sitis Joh. XIV. 3. Alicubi etiam Græci
 interpretes hoc verbum *per rapere* explicant.
 Ut: ἡμῶν raptus est, ne malicia mentem
 ejus immutaret, aut dolus ejus animum deci-
 peret Sap. IV. 11. *Er ist hingewichen*. Item: Nos
 vivi αὐτὰ ἀρπαγόμεθα rapiemur simul cum
 eis in nubes in occursum Domini 1. Thes. IV. 17.
 Aliquando etiam usi sunt verbō μεταφέρας.
 Ut; Quoniam DEO charus fuit, translatus est,
 μετανή, i.e. evocatus est ex hac mortali & ca-
 duca vita, et wurde weggenommen. Et Siraci-
 des: Henoch DEO placuit & μετανή trans-
 latus est Sir. XLIV. 16. Et Paulus: Per fidem
 Henoch μετανή translatus est. Lutherus:
 Durch den Glauben ward Enoch weggenommen.

HARMONIA PATRUM.

O anima mea, si cotidie oporteret nos
 tormenta perferre: si ipsam gehennam longò
 tempore tolerare, ut Christum in gloria vide-

re

re possumus, & sanctis ejus associari, nonne dignum esset pati omne, quod triste est, ut tanti boni tantaq; gloriæ participes habeamus. *Augustinus in Man. cap. 15.* Qvis peregrinatus non properabit in Patriam regredi? quis ad suos navigare festinans ventum prosperum cupidius non optaret, ut velociter charos liceret amplecti? Patriam nostram paradisum computamus, parentes patriarchas habere incipiamus. Quid non properamus & currimus, ut patriam nostram videre, & parentes salutare, possumus? *Cyprianus lib. de 141.*

So fahr ich hin in Fried auß diesem
Jammerthal

Ius rechte Waterland/ do: weder
Noht noch Quaal.

Herr Jesu sey mein Weg/ und meine
Himmels-Leiter/

Mein Felsen-fester Trost/ mein Licht und
Weg-Vereiter!

Ex. versu eodem & 30.

Nunc in pace abeo: nunc promptus lumina claudo:
Namq; oculus fidei te, pie Christe, videt.

ORA.